Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



autem ne timueritis ut nos contristemini. Dominum autem xpm
sanctificate in cordibus vestris. Sd'm Lucam.
In illo tp. Cum turba irruerent in ihm ut audirent verbum
dei. Ipse stabat secus stagnum genezareth. Et vidit duas
naves stantes secus stagnum. Piscatores autem descen
derant: lavabant retia. Ascendens autem in unam na
vim que erat simonis. rogavit eum a terra reducere pu
sillum. Et sedens: docebat de navicula turbas. Ut
cessavit autem loqui dixit ad simonem. Duc in altum et laxa
te retia vra in capturam. Et respondens simon dixit illi.
Praeceptor: per totam noctem laborantes nichil cepimus:
in illo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent: con
clauserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebat
ur autem rete eorum. Annuerunt sociis qui erant in
alia nave ut venirent: adjuvarent eos. Et venerunt:
impleverunt ambas naviculas ita ut mergerentur. Qd
cum videret simon petrus: cecidit ad genua ihu dicens.
Exi a me quia homo peccator sum domine. Stupor enim
circumdederat eum: omnes qui cum illo erant in cap
tura piscium quam ceperant: similiter autem iacobum et io
hannem filios zebedei qui erant socii simonis. Et ait
ad simonem ihc. Noli timere. ex hoc iam eris homines
capiens. Et subductis ad terram navibus relictis omni
bus secuti sunt eum. Dnica vj. lectio e. b. p. apli ad romanos.
Fres: Quicumque baptizati sumus xpo ihu: in
morte ipius baptizati sumus. Consepulti enim sumus
cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo surrexit xpus a
mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vite am
bulemus. Si enim complantati facti sumus similitu